1680   3   1602

+ # Boryszowscy Coniuges Jaskmanickiem medietatem Villae Łuka Cedunt

Comparentes personaliter coram Officio Castrensi praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premysliensibus Generosi Daniel Boryszowski et Heduigis
de Biała Coniuges legitimi et quidem Consors cum praefati Mariti sui
in Iure coniugali personali assistentia et authoritate ac ultroneo
ad infrascripta progredienda consensu Sani mentibus et corporibus exi-
stentes a Terris dictisque Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis
propriis et competentibus recedentes praesentis Castrensis Capitanealis Premysl.
Maiestatis Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
quoad actum praesentem admittentes totaliter et plenarie incorporantes
atque submittentes palam publice liberique recognoverunt, et quilibet
eorum seorsim suo pro interesse fassus recognovit. Quia ipsi mediante
Licentia Consensus Sacrae Regiae Maiestatis sibi Roborationibus desuper
petenda per eandem Sacram Regiam Maiestatem gratiose collatis
manu eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis subscriptis et sigillo Regni
novis Cancellariae Regni obsignatis de omni et integro iure suo
Advitalitio quod sibi super Medietatem Villae Łuka in Palatinatu
Russiae Terrae et Districtu Premysliensi sitam servit
et competit cum omnibus et singulis attinentiis et pertinentiis
fructibus proventibus, redditibus, agris, pratis campis sylvis pa-
scuis, subditis Cmetonibus, hortulanis eorumque laboribus oneri-
bus antiquitus et specialiter nihil ex praemissis iuribusque propri-
etatis ad eiusmodi completentibus et praerogativis pro se Roborationibus
huiusque Successoribus aut quoquam alio reservantes sed in toto et
ipsis factis Generosis Raphaeli Jaskmanski et Annae de Dedko-
wo Coniugibus legitimis Cesserunt et condescenderunt. Omneque
et integrum ius suum ad praefatam Medietatem in personam praefatorum
Generosorum Jaskmanickich Coniugum transtulerunt transfuderunt

Et mar:

comparaverunt in eadem bona praefatus cessit eis eadem
et de facto ijdem Resignantes supradictis Cessionarijs sub eadem Cessione
praesenti dant et admittunt realem intromissionem et actualem possessionem
intromittendi per se ipsos quandocunque competere et illis duxerint de quocunque
liberint officio accipiendam. Per ipsos Cessionarios suis bona
praefata cum omnibus utilitatibus tenendi habendi et possidendi
illaque pacifice usufruendi praefatis Juris originalibus ea omnia la-
tius in se complectentibus praesentique Cessioni et transfusioni [illegible]
re. Quarum quidem Literarum Sacrae Regiae Maiestatis tenor
sequitur eiusmodi. Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae
Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae
Livoniae Smolenscensis Czerniechoviensisque necnon Suecorum Gothorum Vandal-
orumque haereditarius Rex. Significamus praesentibus Literis
nostris quorum interest universis et singulis consensisse et
permisisse consentimusque et permittere praesentibus Literis
nostris Generoso Danieli Borysiowski et Hedwigi de Biela
Coniugibus ut possint et valeant de omni et integro Jure
suo advitalitio quod ipsis super medietatem Villae in Lubli
Russiae Dicta ad Premysliensis sitae serviet competit ce-
dere illudque in personas Generosorum Raphaelis Jaskmanic-
ki de Jaskmanice et Luna de Dubrow Coniugum transferri
et transfundere. Quae quidem Cessio Iurisque transfusio pr-
aedictam eam Literis quantum [illegible] legitime
facta et recognita fuerit nos eam ratam et gratam habemus
firmamus Ubi quas de consensu nostro peragentur cuiusque Cessionis
praesentique consensu nostro vigore, memoratos Generosos Jas-
kmanicki de Jaskmanice et Luna de Dubrow Coniuges
praefatam medietatem Villae Lubla cum omnibus et singulis

attinen

1604

~~1692~~

attinentiis et pertinentiis, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pra-
tis, campis, sylvis, pascuis, subditis, emolumentis, horum laboribus
cumque censibus, laboribus, oneribus antiquis eo spectantibus
ambo insolidum tenebunt, habebunt et possidebunt ad ultima vitae
suae tempora vel alterius superstitis eorum. Promittimusque pro nobis et
Serenissimis Successoribus nostris nos esse Nos Serenissimosque Successores
nostros memoratos Generosos Jaskmanichie Coniuges quamdiu in vivis
extiterint ab eorum et quieta possessione medietatis Villae Zulia
amoturos, amovendique aut alienandi quippiam daturos sed salvi
et integre in sua advitalitate conservaturos. Si vero
autem quidem advitalitatis bona medietatis eiusdem Villae sum-
mis antiquis onerata sunt, eam summam pecuniae quae ex Pro-
ventibus Regnum nobis et Reipublicae remittenda venient, remittere et
condonare tenebitur. Si autem a summis libera, tunc quartam
proventuum partem Ravam quotannis statuto tempore inferre
tenebitur, Iuribus nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiasticis
salvis. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas sigil-
lo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die XI Men-
sis Martii Anno Domini MDCLII Regnorum nostrorum Poloniae
et Sueciae IV anno. Joannes Gembicki Secretarius Regni
Maioris. Joannes Casimirus Rex. Originale vero praeinsertarum li-
terarum Generoso Jaskmanichi restitutum est de quo recepto
officium praesens quietatur.

Iisdem eisdem Cessual.

Coram officio Terrestri praesentibus Castrensi Capitaneali Pinsc[ensi]
Mag[...] personaliter comparentes Generosi Daniel Borysowski
et Hedwigis de Biała Coniuges legitimi et quidem Coniux eius
praefati Mariti sui ac tutoris coniugalis personaliter assistentia et in-
terventu, consensu [illegible] sani mentibus et corporibus
existentes a Terris Dobrini Iuribus haeredibusque suis quibusvis propt[er]

et